

2003 TSJCL Sight Recitation
Level Advanced *Prose*
Student Preparation Sheet
10 minutes only allowed

Cicero Asks No Rewards Except the Memory of His Deeds

11. Quibus prō tantis rēbus, Quiritēs, nūllum ego ā vōbīs prae-
mium virtūtis, nūllum īnsigne honōris, nūllum monumentum laudis
postulābō praeterquam huius diēi memoriam sempiternam. In
animis ego vestrīs omnēs triumphōs meōs, omnia ōrnāmenta
honōris, monumenta glōriae, laudis īsignia condī et collocārī 5
volō. Nihil mē mūtum potest dēlectāre, nihil tacitum, nihil
dēnique eius modī quod etiam minus dignī assequī possint. Me-
moriā vestrā, Quiritēs, nostrae rēs alentur, sermōnibus crēscant,
litterārum monumentis inveterāscant et corrōborābuntur; ean-
demque diem intellegō, quam spērō aeternam fore, prōpāgātam 10
esse et ad salūtem urbis et ad memoriam cōsulātūs meī, ūnōque
tempore in hāc rē pūblicā duōs civēs exstitisse quōrum alter finēs
vestri imperi nōn terrae sed caeli regiōnibus termināret, alter huius
imperi domicilium sēdēsque servāret.